

Præterea si dato, sed non concesso, quod aliqua dif-
 famatio delicti probata esset contra accusatos, etiam si
 29 in contrarium nihil probatum fuisset in specie, illa tol-
 leretur per probationem bonæ famæ factam ab illis, se-
 cundum Alexand. consil. 14. num. 8. vol. 3. & tenet opti-
 me Aufrer. decis. Capella Tholosan. 379. gloss. fin. & bene
 Thom. Grammat. consil. crimin. 37. ad fin. num. 23. & 24.
 & consil. 38. num. 16. 17. & 18. & consil. 44. num. 4. 5. & 6. &
 vot. crimin. 3. num. 27. & 28. & Hippolyt. consil. 74. & idem
 in præf. §. diligenter, num. 195. 196. 197. & 199. & in d. ver-
 sic plurimum, num. 153. & Roland. a Valle consil. 16. num.
 24. & duobus sequentibus lib. 1. vbi concludit, reum esse
 hoc casu absolendum, etiam si esset contra eum in-
 dicium sufficiens ad torturam: quod hodie expresse
 approbatur in l. 26. tit. 1. part. 7. ibi, e si las pruevas que fue-
 sen dadas contra el acusado, no dixessen, e testiguassen cla-
 ramente el yerro sobre que fue hecha la accusacion, y el accu-
 sado fuese home de buena fama, deve lo el sugador quitar
 por sentencia.

Minus obstat asserere, quod ob gravitatem huius
 delicti & quia noctu successerit, possit probari indicis
 & argumentis: quoniam ipsa deficient in præsentia ca-
 su, nec mandatum præsumitur, vt supra est dictum.
 ¶ Sicque si remanet in suo vigore l. fin. C. de probationib.
 30 disponens, probationes in causis criminalibus debere
 esse luce meridiana clariores: cui consonat d. l. 26. tit. 1.
 part. 7. & l. 7. tit. 31. part. 7. & l. 2. tit. 14. part. 3. & l. 8. eius-
 dem tit. & l. 10. tit. 11. part. 3. quia satis est, nocentem im-
 punitum relinqui, quam innocentem damnare, vt in
 l. absentem, versic. satis, ff. de pen. est optimal. 9. tit. 31.
 31 part. 7. ¶ Item, si in crimine etiam enormi debent pro-
 bari solemnitates, quæ in aliis criminibus, & constare
 reum esse vere delinquentem, vt probat Thomas
 Grammat. vot. 34. num. 23.

Nec contra Dominum Christophorum aliquid
 probatur eius, cuius accusatus, indicium, præsumtio
 neque inimicitia, ipse vero probat amicitiam cum vul-
 nerato, atque negatiuam coarctatam loco & tempore,
 sicque nulla culpa aduersus ipsum probatur. ¶ Quod
 32 si præcessisset inimicitia inter eos ex tractatione &
 conuersatione, postea sequuta probatur amicitia & re-
 conciliatio, quatenus inimicitia præcessit: ita tenet
 cum aliis Thomas Grammatic. vot. 34. num. 5. Nec
 ad rem pertinet, quod aliqui ex testibus reorum sint
 accusati: sicque videtur, ipsos non esse idoneos testes.

Quoniam si prædicti testes nullam culpam habent, nec
 contra eos probatur: sed potius videntur accusati per
 calumnia, ne producerentur in testes per reos, quod
 est remedium procuratum, & hoc non obstat sunt
 idonei testes ad defensionem, vt tenet Bald. in l. sed reproba-
 ri, §. amplius, ff. de excusat. tutor. & in authent. si testis pro-
 ductus, num. 5. C. de testibus, Cæpoll. cautel. 4. & 5. l. fin. l.
 si seruus plurimum, §. si quis ante, num. 6. ff. de legat. 1. Albe-
 ric. in tract. de testibus, §. expedita, num. 34. volum. 5. tract.
 diuersorum Doctorum, fol. 183. Felin. in cap. fin. de testibus.

¶ Et si quamuis duo ex prædictis testibus famuli dicti
 33 Domini Christophori videantur in suis dictis aliquan-
 tulū variū siue contrarii in eo, scilicet, an ambo vel vnus
 eorum tantum eadem nocte Domino suo vestitum præbue-
 rint, non tamen ob hoc accusari possunt de periurio,
 licet detur occasio iudici inquirendi, argumento text.
 optimi in l. duobus, §. fin. ff. de iur. iur. & ibi tenet expresse
 Bald. Idē Bald. in l. testis, §. 9. C. de testib. sicque valent dicta
 testium supradictorum, vt tenent plures Dd. relati per
 Iacob. de Nouell. in præf. & theoric. caus. crim. num. 31.
 quæ est post practicam Follerii fol. 540. Vnde nemo
 istorum testium debet puniri, quod refert & sequitur
 Hippolyt. plures referens in rubric. C. de probationib.
 num. 42. Thomas Grammatic. vot. criminal. 26. num. 14.
 35 & sequentibus. ¶ Imo si fortius dicit Ioan. Andr. in cap.

nihil obstat, de verb. signific. quod melius dicuntur pro-
 bare testes, quando per diuersa deponunt in eundem
 rei finem, quæ si per eadem verba, quia tunc dicerentur
 testificari per eundem præmeditatum sermonem, quæ
 probatio a iure non admititur, vt in l. 3. ff. de testib. se-
 quitur alios referens Roland. a Valle consil. 33. num. 8.
 lib. 2. Maxime, si quia testes inter se variis & contrariis
 36 reducantur ad concordiam, si fieri potest, vel statur
 dignioribus, & non sunt torquendi, Cæpoll. consil. cri-
 min. 60. in princ. num. 2. quia dicta testium non sunt ca-
 lumnianda, sed iuuanda & reducenda ad concordiam,
 vt in cap. cum tu, de testib. & ibi Doctores, & in specie Ro-
 land. a Valle d. consil. 33. num. 14. lib. 2. ¶ Præcipue, si quia
 37 sufficit, testes in facto principali esse concordēs in his,
 in quibus consistit substantia negotii, licet in aliis dif-
 cordent, Thomas Grammat. vot. 36. num. 7. & 8. ¶ Imo
 etiam si in substantia negotii in modico contradi-
 cant, non vitiantur, secundum eundem ibi, num. 10. Imo di-
 ctum testis annectentis falsitatem aliquam, & etiam
 scienter, dummodo non tangat substantiam vel cir-
 cumstantias negotii, super quo deponit, vt si dicat, con-
 trahentem esse aliunde, quam sit, vel alterius affinem,
 quia sit, vel quod domus, in qua confectum sit instru-
 mentum, sit alterius parochiæ, quam in veritate sit, vel
 si sibi contradicat in modico, valet & non dicitur va-
 rius, vt cum aliis tradit Roland. a Valle d. consil. 33. num.
 5. & 7. de quo videndus est Menoch. de arbitrar. iudic.
 casu 307. per tot. post Bernar. Diaz reg. 745. & ibi ipsius ad-
 dit. * Quamuis contrarium post alios teneat Bec. con-
 sil. 86. num. 15. cum seq. lib. 1. maxime, si iurauit dicere ve-
 ritatem super omnibus. ¶ Item, quando testis dicit, se
 non vidisse, intelligitur, quod ipse sciat, secundum Curt.
 in tract. de testib. num. 109. vol. 5. tract. diuers. Dd. fol. 175.

Neque si Dominus Franciscus tenetur exhibere fa-
 mulum suum, qui a se exigitur, cum ipse eum non de-
 tineat & ignoret vbi sit, vt iurauit, & præterea curauit
 eum procedere, faciendo diligenter eum perquiri in
 multis & diuersis locis, & inueniri non potuit, vt est
 notorium: ad quod est text. in l. apud antiquos, ad fin.
 38 versic. de eo autem, C. de iur. & seru. corrupt. vbi domi-
 nus non tenetur pro famulo, quoties est homo liber
 & suæ potestatis, nec eum exhibere, quia solum ad id
 tenetur, quando eum præposuit alicui officio vel mi-
 nisterio, & in eo deliquit, & non alias, vt tenet Bart. in l.
 1. §. familia, ff. de publ. & vectig. & expresse Paul. ibi: item
 Bald. in l. obseruare, §. proficiat, ff. de offic. proconsul. & legat.
 item, quando eum detineret, vt per tot. ff. de liber. homin.
 exhib. ¶ Quæ si detentio siue possessio rei, quæ exhibe-
 40 ri petitur, probanda est ab actore, si a reo negetur, vt in
 l. 3. §. fin. ff. ad exhibend. & ibi Dd. l. fin. §. præterea, num. 47.
 Insti. de act.

Præcipua autem causa inimicitia, quæ ab aduersis
 partibus allegatur, est quædam rixa, quæ præcessit inter
 ipsum vulneratum & alium consanguineum reorum,
 quæ non tangit reos, imo duobus testibus contestibus
 probatur, dictum Dominum Franciscum non fuisse
 præsentem dictæ rixæ, nec eam sciuisse, nisi post mor-
 tem vulnerati: idque iurat ipse Franciscus, quod sufficit,
 cum ignorantia iuramento probetur, quia scientia vel
 ignorantia dependet ab animo & conscientia ipsius. Vn-
 41 de si circa hoc standum est solo iuramento eius, iuxta ea,
 quæ tradunt Dd. in §. sed iste quidem, versic. nam que si cui,
 præcipue l. si ibi num. 88. de act. Gomez. col. fin. & l. fin. num.
 22. Felin. in cap. significasti, el. 1. num. 2. 3. & 4. de homici-
 cid. Rebuff. de nominat. 1. quest. numer. 24. fol. 120. & alii
 plures.

Item probatū existit, dictum occisum fuisse homi-
 nem maleuolum, verbisque & facto plures iniurias: &
 42 ex si verbis iniuriis oritur capitalis inimicitia, vt pro-
 bat text. expressus in cap. ueniens, el. 1. de iur. iur. ibi, conu-
 tia inf-

etia inferendo certauit, propter quod cum graues inimicitias in-
 currisset, & ibi notat Bal. in fine, & Hippolyt. in l. 1. §. præterea,
 numer. 57. dicens secundum hoc iudicatum fuisse, ff. de
 quest. Thom. Grammat. voto 6. numer. 4. & 5. optime Mar-
 cus Blancus de iudiciis, numer. 104. vol. 10. tract. diuers. doct.
 fol. 71.

43 Vbi si alios plures allegat, & inquit, numer. 175. fol. 74.
 quod si vulneratus, vel interfectus fuerit aliquis & i-
 gnoretur a quo, doctores communiter distinguunt inter
 inimicitiam leuem & grauem, seu capitalem, vt ex
 leui inimicitia non oriatur iudicium contra inimicum,
 vt notatur in c. cum oporteat, de accus. & in auth. si dicatur,
 de testib. & ibi Salic. ex graui inimicitia tunc oriatur iudicium,
 & quod omnes Doct. indifferenter tenent
 stud. Sed in præsentia casu nulla inimicitia probatur ad-
 uersus reos, nec ad noticiam eorum peruenisse præditi-
 44 xam inter occisum & alium causatam, ex qua volunt
 subintelligere præd. inimicitiam ratione consanguinitatis,
 ergo reus non nocet, maxime cum interfectus ha-
 beret alios inimicos, vt probat Thom. Grammatic. voto
 6. num. 5. & 19. Vbi addit, quod non præsumitur noti-
 ficatum, nisi probetur. Huic meo consilio se subscripserunt
 alii quam plures magni aduocati, & productum
 fuit iudici regio specialiter deputato a regia maiestate
 super præd. delicto, & supradictos reos condemnauit
 maximis pœnis pecuniariis & exilii, sed ab ipsius sen-
 tentia fuit legitime appellatum ex parte reorum, & de-
 ducto negotio ad regiam cancellariam Vallisoleti, si-
 mul & hoc consilio in gradu appellationis fuerunt in-
 totum absoluti absque expensis illius instantiæ, & re-
 uocata præd. sententia prior contra eos lata anno do-
 mini 1575. mense Septembri. Laus Deo.

SVM MARIA.

- 1 Testis sibi contrarius, aut varius absque vlla correctione vel
 iusta causa ipsius non facit fidem, imo puniatur de falso, &
 num. 2. & 3.
- 4 Testis qui sibi est contrarius, vel varius vel falsum dicens in
 vno, non facit fidem in reliquis, nisi falsitas sit circa ali-
 qua accessoria, vt in num. 5.
- 6 Accusatus non potest esse testis in eadem causa.
- 7 Testis deponens in his, quæ pertinent ad suam exonerationem
 non est idoneus, nec deponens de facto suo ex quo ei
 laus, vel vituperium ascribi potest, vt in numero 8.
- 9 Officiali publico, prout est iudex, nec arbitro in formam tes-
 tum productis non creditur in pertinentibus causis, nec e-
 tiam notario productio in testem dicenti testatorem fuisse
 famensis tempore conditi apud se testamenti.
- 10 Testi asserenti aliquid in iudicio cum iuramento standum
 est etiam si extra iudicium contrarium dixerit. Hoc ta-
 men intelligitur quotiescunque sententia est lata, secus si
 non sit lata, quia tunc tantum detrahitur dicto huiusmo-
 di testis, vt non feratur sententia secundum id, vt in num.
 11. & non adhibetur ei tanta fides sicut adhiberetur si con-
 trarium non dixisset extra iudicium, vt in numero. 12. Si
 autem dictum extrajudiciale esset quoque cum iuramen-
 to, est testis periurus & falsarius & nullam fidem facit, vt
 in num. 13. & 14.
- 14 Testis semel periurus quantumcumque emendatus sit de cri-
 mine in nullo casu etiam exceptis admittitur.
- 15 Incarceratus in vinculis publicis non potest esse testis contra
 alium in causa criminali.
- 16 Vnus testis solus nullam fidem facit, etiam si deponat de pro-
 prio facto, vt in num. 17.
- 18 Iudex eo tempore, quo est iudex causa, maxime cum agit de
 sua exoneratione, non est idoneus testis.
- 19 Incarcerati licite possunt recipere, & legere literas familia-
 res absentis pro delicto, & numeris sequentibus.

- 20 Standum est dicto maxime iurato alicuius circa ea, quæ
 in animo ipsius consistunt.
- 21 Prohibitum loqui non censetur prohibitum scribere. Et tunc
 est prohibitum scribere alicui, quando est prohibitum eum
 alloqui, vt excommunicatum, vt breuis respiciat, & con-
 uertatur, vel si scriberetur ad inimicum vel proditorem
 reipublica contra ipsam reipublicam, vel ad homicidi-
 um committendum, vt in num. 22.
- 23 Alimenta præstare delinquentibus causa miserationis
 non est prohibitum, imo est permissum: quia tantum est
 prohibitum receptare delinquentes eosque dolo occultare
 iudici, vt delicta remaneant impunita & quid requira-
 tur ad hoc de iure huius regni vt puniatur receptatio, nu.
 25.
- 24 Alleganti dictum vel culpam incumbit onus probandi.
- 26 Receptans delinquentem, vt puniatur, debet probari ad-
 uersum ipsum, receptatio, & scientia, quod esset delinques,
 imo requiritur vera scientia, quia probabilis ignorantia
 quod ille non sit delinquens excusat a pena receptationis,
 vt num. 27.
- 28 Domini non tenentur exhibere famulos suos homines libe-
 ros committentes aliquid delictum.
- 29 Iudex tenetur exhibere famulos suos tempore syndicatus,
 nisi propter delictum ausugissent.
- 30 Dominus tenetur exhibere famulum quando ipsum præ-
 posuit alicui officio, vel ministerio, & in eo deliquit.
- 31 Detinens hominem liberum tenetur eum exhibere, si ab eo
 petatur.
- 32 Sententia interlocutoria quotiescunque habet vim diffini-
 tiuam, idem iudicatur de ea, quod de diffinitiuam.
- 33 Probationes in causa criminali debent esse liquida & per-
 spicua.
- 34 Pena suos debet tenere aut hoies, imo iudex ex officio o-
 mnibus viis tenetur inquirere defensionem reorum absen-
 tium.
- 35 Ratione dubij, quis ex duobus commiserit delictum, quam-
 uis constet ab vno eorum commissum fuisse, ambo absol-
 uendi sunt.
- 36 Quando vnus ex pluribus deliquit, nec inuenitur delin-
 quens, nullus debet puniri.
- 37 Alloquens alterum ad aurem præsumitur mandasse com-
 mitti delictum, tribus concurrentibus, de quibus hic.
- 38 Alloquens huiusmodi, si non erat inimicus offensi, non
 præsumitur mandasse vel consuluisse committi deli-
 ctum.
- 39 Concilium quando potest verisimiliter se habere ad bonum
 & ad malum consulens potest illud interpretari, imo lex
 absque interpretatione hominis interpretatur in melio-
 rem partem.
- 40 Dominus domus vbi exemptus est, aliquis a manibus fa-
 milia an teneatur exemptum exhibere & numeris se-
 quentibus.
- 41 Quando non constat de delicto non est agendum de pena.
- 42 Leges regie dicentes, quod dominus domus, vbi reperitur
 homo occisus, vel vulneratus, teneatur præstare autorem
 vel pro eo respondere quomodo intelligantur, & numer.
 seqq.
- 43 Taciturnitas in re valde præiudiciali tacenti, non nocet
 ipsi.
- 46 Debilitatus vel vulneratus, qui non est officialis, non potest
 perere operas a delinquentibus.

CONSILIVM XXXVI.

Vlso processu causæ criminalis contra admodum
 illustrem Domin. Federic. & confortes accusatos,
 plura sunt videnda, & discutienda, ex quibus liquido
 constabit ipsos esse absoluedos ab accusationibus
 contra eos propositis.

Et primo utrum dictis & depositionibus iudicis secularis huius civitatis ipsiusque ministri vulgo dicti Alguazil, Item tabellionis, danda sit fides aduersus accusatos? in quo resolutio est, ipsi minime esse credendum, nec ullam dandam fidem.

Et primo ipsi iudicis ministro quod non sit credendum patet, quia sibi ipsi contradicit & est varius in pluribus in eadem testificatione, & in diuersis, quas fecit, ut constat ex processu & ex allegationibus pro parte reorum factis, & precipue in substantialibus negotiis; quæ contradictiones saluari aut concordari minime possunt. Vnde est, ut accusatores eis non satisfecerint, quamuis à reis fuerit obiectum de ipsis: testis autem sibi contrarius, aut varius nullam fidem facit, text. est in l. qui falso, Digest. de testibus & in l. 1. Digest. de iur. iudic. Cuius verba sunt hæc, in testibus autem fides, dignitas, mores, grauitas examinanda est: & ideo testes, qui aduersus fidem testationis suæ vacillant audiendi non sunt. & ibi Doctor. textus etiam in cap. si testes. §. in testibus. 4. question. 3. vbi glossæ verb. vacillant, alia iura allegat. text. capitalis in materia vbi Bartol. & omnes notant in l. eos. Dig. ad l. Cornel. de falsi. Menochius alios allegans de arbitrat. Iudic. libro secundo centur. 2. casu 108. numero 2.

2 Vbi quod testis in eodem iudicio contraria, vel varia dicens in continenti absque villo correctionis animo vel absque iusta causa correctionis eius testimonium fide penitus caret.

3 Et quod huiusmodi testis punitur de falso, ut est text. expressus in d. l. qui falso vel varie. ff. de testi. & in d. l. eos. vbi Bartol. idem tenet etiam Fel. in cap. cum in tua, numer. 3. de testibus & Tindar. in tractatu de testibus in charta column. 3. cap. 2. incip. omnis, & Aegidius Bol. in sua practica crimin. tit. de opposit. contra testes num. 1. & 2.

4 Et quod testis qui in vno est varius, aut contrarius sibi ipsi, vel falsum deponit, nullam fidem facit, nec ei credendum est in reliquis, quia qui in vno est calumniatus non est presumendum quod in alio verum dicet amplius, in l. si cui, §. si idem versicul. si tamen Digest. de accusat. bonus text. in cap. pira 3. question. 9. Cuius verba sunt: pura & simplex testimonii series intimanda est, plerumque testis dum ad seriem gestorum aliquid ex suo adiecit: totam testimonii fidem partis mendacio decorat. text. etiam in d. l. qui falso vel varie. Digest. de testibus per que iura & alia hanc opinionem tenet & bene fundat Gandin. in tracta. malef. in tit. de falsar. numero 26. fol. mihi 229. in magnis. & Bonifac. in eod. tractat. tit. de falsis numer. 22. fol. 235. vbi eius additio alias allegat Fel. in capit. fraternitatis numero 21. de heretic. & Roderic. Suarez alleg. 18. column. 2. versiculo primo, quia dicunt. & Roland. a Valle consilio 7. numero 23. libro 1. dicit communem Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. questione. 53. versicul. sed quero, vbi ampliat cum communi, siue capitula, super quibus talis testis deposuit, sint separata, siue connexa: nam utroque casu eius testimonium tanquam vnicum & super vnico iuramento fundatum nihil valet: item siue illud dictum falsum præcedat siue sequatur alia dicta, ex quibus probat eandem opinionem, principalem, dicit communem plures referens, & amplians Ignatius Salzedo in adnotat. ad reg. 348. Bernard. Diza amplia. 2. tenet idem Roland. a Valle consil. 40. numero 11. libro primo.

5 Vbi ampliat, etiam si esset falsitas circa aliqua accessoria, idem Roland. consil. 7. numero 23. Sed in hoc ultimo communis opinio est in contrarium secundum Iulium Clarum in pract. crimin. §. fin. questione 53. versicul. scias tamen, licet contra eum in quo hoc casu testimonium vitietur, existimet verius Menochius de arbit. iudic. casu 307. num. 6. In proposito autem prædicti testis est sibi contrarius & varius circa substantialia negotii,

ut constat ex ipsius dictis & de positionibus, & sic nullam fidem facit per supra dicta, &c.

Secundo quod quia ipsemet testis accusatus est à partibus aduersis in hac eadem causa, qua propter testis esse non potest, ut in l. in testimonium, & ibi Doctorissim. Digest. de testibus & in cap. fin. de testibus. Vbi gloss. dicit, quod ita, quod accusatus est, grauatur eius opinio text. in ca. 1. de confess. & in l. fin. Codic. de accus. Hippolyt. in sua practica, §. diligenter numer. 59. cum sequentibus, & singul. 209. late per Anton. Gomez 3. Tom. cap. 12. numer. 16. cum sequentibus Bald. in l. sed & reprobari. §. amplius. Digest. de excusat. tutor. optime per Alberic. in tractatu de testibus. §. expedita num. 34. fol. 85. volumine 5.

Tertio quia dictus testis se defendit & exonerat asserens, quod prædicti. accusati vi exemerunt & liberauerunt à manibus suis delinquentem principalem quem habebat captum; à culpa, quæ sibi poterat imputari tanquam ministro iustitiæ ob id quod prædicti. delinquentem non ceperit, cum tamen potuerit.

Testis autem deponens in his, quæ pertinent ad suam exonerationem non est idoneus, nec fidem facit, ut tenet Bart. in d. l. defertur, numer. 2. ff. de iur. iur. vbi eius additio alios refert, sequitur etiam Felin. alios allegans in c. cum a nobis numero 5. de testibus.

Dicens quod nunquam esse adhibendam fidem deponenti de facto suo, quando ex eo, eius laus vel vituperium potest ascribi, quia tunc iam deponit in causa propria, quo casu non valet testimonium ut in l. omnibus & in l. nullus, cum similibus Codic. de testibus. Nicol. Bellon. consil. 63. numer. 13. & fuit doct. Ioan. Andree ad Specul. in tit. de testibus §. opponitur, versicul. quid si administrator. Bellon. consil. 75. numer. 7. sequitur alios referens præcipue Doct. in c. ex literis de transact. Roderic. Suarez allegatione 1. folio 114. column. 1. in princip.

Inferens quod ex eo, quod neque officiali publico pro ut est iudex, nec etiam arbitro in forma testium productis creditur in pertinentibus causis, nec etiam notario producto in testem dicenti testatorem tempore conditi testamenti apud se fuisse sanæ mentis, quia iam agit de suo negotio & fide.

Quarto quod quia licet d. minister iustitiæ dixerit in iudicio cum iuramento à se exemptum fuisse delinquentem: extra iudicium tamen dicit etiam & affirmat cum iuramento sepe, sibi exemptum non fuisse. Et licet testi aliquid asserent in iudicio cum iuramento standum sit, quamuis extra iudicium postea contrarium dixerit, ut tenet Bart. in d. l. eos. num. 4. ff. ad l. eos. de fals. per text. in l. generaliter, Cod. de non numerat. pecun. & per text. in c. sicut, de testibus vbi Felin. num. 1. idem tenet, & sequitur idem Felin. in c. cum tua, num. 6. eodem titulo, hocque procedat licet dictum extrajudiciale præcellerit, ut tenet glossa in c. causa que de testibus, sequitur plures referens Ang. de malef. verb. falsario, num. 23. fol. 83. vbi eius additiones plures Doct. referunt eandem opinionem sequentes contra Bartol. qui tenebat contrarium, imo, quod huiusmodi testis punitur de falso in d. l. eos. num. 6. quem sequebantur alii relati per Aug. Arimin. addit. Angel. vbi supra, primam tamen opinionem contra Bart. testatur magis communem Alex. consil. 74. in 3. column. 1. eandem etiam contra Bartol. testatur veriorum & communiorum Felin. plures referens in d. cum in tua, num. 8. qui a num. 7. incipit questionem, & Aegidius Bossius vbi supra, numer. 3. sequitur etiam & dicit magis communem Decius in c. per tuas, num. 9. de probat. & eam plures allegans testatur magis communem Roland. a Valle consil. 40. num. 2. & sequentibus lib. 1. & est magister: cepta opinio, ut plures allegans testatur Menoc. de arbit. iudic. tit. 2. cont. 2. casu 108. num. 22.

Hæc tamen opinio procedit quotiescunque sententia est lata, nam si non est lata in tantum detrahetur fidei

fidei huiusmodi testis, quod non feratur sententia secundum eius dictum. Hæc fuit opinio Anto. de Butrio in d. cap. cum in tua, quem refert Felin. ibi nu. 6. & ita posset hoc casu saluari opinio Bart. in d. l. eos, sequitur alios allegans Roland. a Valle vbi supra, nu. 12. Menoch. vbi supra, num. 28.

12 Posset tamen saluari eiusdem opinio hoc modo, quod licet standum sit dicto iudiciali testis cum iuramento iuxta supra d. magis communem sententiam, non tamen adhibetur ei tanta fides quanta adhiberetur, si contrarium non dixisset extra iudicium. Ita tenet Additio 2. Angel. vbi supra, tenet etiam Alex. consil. 81. column. antepenult. vol. 3. & Arcin. consil. 71. vbi dicit quod omnes Doct. in c. causa, de testib. tenent hoc casu debilitari fidem, quem refert & sequitur Bossius vbi supra, num. 3. sequitur plures allegans Menochius vbi supra, num. 27.

13 Hæc tamen omnia procedunt quando dictum extra iudiciale esset sine iuramento, si tamen esset cum iuramento, sine dubio huiusmodi testis est contradictorius periurus & falsarius, & per consequens nullam fidem facit. Quod patet, quia iam est iuramentum contrarium factum, & sic periurium ipso facto, & testis periurus nullam fidem facit, ut sunt iura vulgaria, & determinationes doctorum, præcipue text. in cap. testimonium, de testib. & in l. 2. tit. 8. lib. 4. noua compil. reg. Quia iura nimis abhorrent periurium.

14 Adeo quod testis semel periurus quantumcumque sit commendatus, de crimine in nullo casu etiam in exceptis admittitur, secundum Auend. lib. 2. c. 27. prat. num. 29. ad fin. vbi alios allegat.

Et in expressis terminis nostræ speciei, quod testis, qui vnum dixit in iudicio cum iuramento, & aliud postea dixit extra iudicium etiam cum iuramento non faciat fidem tenet Abb. in c. per tuas, de probat. in 4. & 5. column. quem sequitur Felin. in d. cap. cum tua, num. 8. vbi ex hoc ponit cautelam, sequitur etiam Alex. consil. 154. column. penultima, volumine 5. & Philip. Decius in d. cap. per tuas, column. fin. ad fin. vbi se remittit ad dicta per Tindarum in tractatu de testib. 2. lib. c. 4. tenet etiam repertorium Felin. verb. testis, qui dixit vnum extra iudicium, folio 133. colu. 1. sequitur etiam alios allegans Aegidius Bossius vbi supra, num. 3. ad fin. dicens, quod ita vidit seruari: sequitur plures allegans Roland. a Valle vbi supra, num. 9. & sequentibus. & Menoch. vbi supra, num. 23. Cuiusmodi probaturum sit, dictum iudicis ministrum extra iudicium cum iuramento affirmasse, sibi non fuisse exemptum d. delinquentem, sed quod ipse à manibus suis euasit, & nunc hoc non diffiretur interrogatus cum iuramento an illud dixerit extra iudicium, quia respondet se non esse memorem eius: ergo quamuis in iudicio aliud ut testis dixerit, non facit fidem.

15 Quinto quod idem intentum probatur, quoniam qui detinetur in vinculis publicis, non potest esse testis contra alium in causa criminali, ut probat expresse l. 3. §. lege Iulia, ff. de testib. & in l. 10. tit. 16. partita. 3. Anton. Gomez. 3. tomo. c. de probat. delict. num. 18. in fine. Ergo cum hic idem testis sit detentus in vinculis publicis, item & sit accusatus, minime fidem facit, eo vel maxime, quia fuit examinatus parte non citata, ut in c. 2. de testibus & in l. si quando, Codic. eodem titulo. & in l. 23. tit. 16. part. 3. adeo, ut non faciat iudicium, ut plures allegans tenet Anton. Gomez. eodem c. de probat. delict. num. 20.

16 Sexto quod & ultimo, quia licet dictus minister iudicis esset idoneus testis, prout non esset per supra dicta, est vnus solus, & nullam fidem faceret, quia dictum vnus, dictum nullus, ut in l. iuris iurandi, Cod. de testib. & in c. licet vniuersis, & in c. veniens, & in c. in omni negotio, de testib. & in l. 23. vers. mas por vn testamento titulo 16. partit. 3. vbi dicitur, que aunque vn testigo sea bueno y honrado en ninguna causa ha de enterarse, etiam si vnus testis, præclara auctoritatis &

dignitatis sit, ut in c. ego solus, 9. dist. Couar. in pract. quest. c. 23. num. 3. columna 1.

Quod tamen procedit etiam si testis deponat de proprio facto, ut tenet Iac. in l. 2. §. si absens, num. 9. & sequentibus, ff. si ex noxa. cau. agatur. & idem Iac. in l. admonendi in lect. nu. 94. ff. de iureiur. an. & Couar. vbi supra alios allegans. Vbi ampliat, etiam si ex facto suo de quo deponit, nullum sit inde consequuturus commodum. Depositiones prædicti iudicis & tabellionis minus faciunt fidem per omnia supra dicta, quia sunt variæ & vacillant in dictis suis, & testis qui aduersus fidem suæ attestacionis vacillat non auditur. Tabellio præterea est inimicus reorum & consanguineus accusantium intra quartum gradum & sic fidem non facit, ut per Anton. Gom. lib. 3. vari. resol. c. de probat. delict. num. 15. Præterea est minor 25. annis, & minor 25. annis in causis criminalibus non potest esse testis, ut in l. 9. tit. 16. partita 3.

18 Dicitur tamen iudex cum eo tempore esset iudex causæ, non facit fidem, ut in l. 19. tit. 6. partita 3. præmaxime quia agit de sua exoneracione, & defensione culpe, quæ sibi in officio suo poterat imputari, quo casu nullam fidem facit, ut supra est dictum, & tradit loquedo in iudice & arbitro Roder. Suarez allegatione 1. fol. mihi 114. col. 1.

Secundo quod principaliter est videndum utrum detenti in carceribus licite possint literas familiares absentis recipere nec ne, & utrum iuramento ipsorum quod eas ruperint, sint liberi? Circa quod respondeo, in iure non inueniri prohibitum detentis recipere dictas literas absentis, eis que laceratis, non tenentur ipsas recipientes exhibere, quia alias esset ad impossibile eos obligare nec præsumptio aliqua est sumenda ex hoc contra ipsos, quando quidem non constat ex eisdem literis delictum exquiri posse, nec eas occultari, ut veritas regetetur, imo iuramento ipsorum constat contrarium.

Cui tamen standum est cum sit circa ea, quæ in animo detentorum consistunt, nempe circa tenorem literarum, & lacerationem ipsarum iuxta glossam ordinariam in §. sed iste quidem in versic. namque sicut glossa magna in versicul. reliqua consistunt in intellectu in sit. de actio. Quod etiam tenent alia præmissa glossa relata per Iac. ibi num. 88. vbi etiam allegat Bart. & alios Doct. in pluribus locis. Alias quatuor similes refert Additio Alciat. regul. 3. præsumpt. 16. in princip. qui idem sequitur: & gloss. illa ad hoc allegatur semper secundum Ioan. de Platea ibi ad fin. Angel. n. 10. Iac. d. nu. 88. Gomez columna fin. Zan. nu. 22. & est vulgare, & semper allegata secundum eundem Iac. in l. pro herede in princip. numer. 15. ff. de acquir. hered. & secundum Tiraquel. de utroque retract. tit. de retract. municip. §. 4. gloss. 1. num. 5. Marant. in reper. l. is potest, num. 319. ff. de acquir. heredit. & eam sequuntur infiniti alii auctores. Quod procedit præcipue in nostro casu, in quo nulla præsumptio doli, vel culpæ est contra reos cum sit ordinatum: rumpere literas missas postquam leguntur, & qui facit quod fieri consuevit, culpa caret, ut in cap. cum venerabilis, de consuet. & ibi doct.

Præmaxime, quod & si interpretari velimus, quod scribere sit loqui, dicti rei non scriperunt epistolas sed sibi missas legerunt, & quamuis loqui esset prohibitum in proposito penæque aliqua pro eo statuta esset, extendi minime deberet ad scribentem epistolas, multoq; minus ad recipientem eas, quia lex vel statutum aliæ queuis dispositio penalis extendi non debet ad alium casum in quo non loquitur, penæ enim sunt odiose ac proinde restringendæ. Et quod tamen prohibitum loqui non censetur prohibitum scribere probatur argumento text. in l. Paulus, ff. de leg. & ibi Bart. notat, & Bald. in autent. habita, num. 19. Codic. ne sil. pro parte. & Barbat. in l. 1. columna 7. Digest. de verb. obligat. nec obstat glossa, in cap. constitutionem, de sententia excommuni. c. in c. cum similibus. Quia tunc prohibitum est, scribere ad aliquem quando est prohibi-